



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutio lutheriana super propositione deci[m]a tertia: de potestate pape

Luther, Martin

Lipsiæ, 1519

VD16 L 5781

Ad tertium, ad rationes, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-32449

DECIMATERTIAE CONCLUSIONS,
ouili demonstraret, qui Petrum & successores ipsius,
Magistros non recognosceret & pastores.

Hoc sane necessarium erat addere, quo ambitio aperte ostenderetur. Quis autem hanc glossam accipiet? quo neruo firmabitur? quando dicitis: non distinguens inter has & alias. Cuius oues Paulus pascebat & alii Apostoli suas: Cur non potius dicendum, quod non distinguerit inter Petrum & alios pastores: cum impossibile fuerit, ab vno Petro pasce omnes. Sin, per alium potest pascere, quid refert & oues posse per alium audire? vbi tunc erunt, tam pastor, quā oues? Sicne verbum dei licet ludere? Cur autem qui hoc verbum pasce, ad se solos pertinere putant, non eunt in Turcas? immo, cur non in Boemos saltem? Verum, quid hoc laboro? Cur non pauit hic Paschalis hunc decretaliam & suam curiam, vt verba Christi recte intelligeret, pro anima cibo, & non tam misere contaminaret? An in Turchia & Boemia non sunt animae pascendae? An solum pastas sibi credit commissas? Cur ergo Petrus non contentus pastus a Christo ouibus, ipse per totum mundum, pascebas ac docendas quaesiuit? Cur inquam, pascere sibi usurpant, & tamen non faciunt, nisi quod cupiunt nos scire, quid intelligant per verbum pascere, quous illi ad se oues pertinere iactant, scilicet dominari, in otio tondere oues, meraque tyrannide in ecclesia praualere? Error itaque est, alienum esse ab ouili Christi, qui Petrum & successores ipsius non recognoscit pastores & Magistros. PRIMVM quod ipsi, nec pasceant, nec regunt. Alioquin, iam omnes christiani essent alieni a Christo, quod nullus eorum videat, etiam si quā maxime velit, pastores & magistros Rho, pontifices. vident eximii quidam aut eos, & recognoscunt dominantes & pompantes, & tamē hac repulsionem, nisi cognitione, non magis sunt de ouili Christi: sed pene eiciuntur permixti conuēt. vni. tam efficacia sunt eorum scandala. DEINDE, quia satis est, Satis est PAVLVVM, immo, quemuis sacerdotem recognoscere pastorem quemcumque sacerdotem & magistrum, vbi vbi fuerit. Hic enim pascit & regit. illi vero, pastores, siue Petrus solum tondent & mactant. Sed satis haec, ne videar studio trū, siue Pauli reprehendi haec moliri. cum aliud non quaeram, quā vt illis os obstruam, qui nobis scripturarum intellectum liberrimum a Christo datum, captiuare audent in sensum & verbum hominum pontificum. volentes, de verbis dei iudicare secundum verbum hominum. cum contra, verba hominum iudicanda sint secundum verbum dei, quod iudicat omnia.

Ad tertium, ad rationes,

Primo tractandum. Vbi illud primū tractandū, quod decreta quibus primatus ecclesiae romanae probari a me dicitur, dixi intra quadringentos annos nata, & contra hoc esse, historis mille et centum annorum.

PRIMO, sciebam haec offensura, & manifestissime oim falsa videri oibus. Certū est em, esse decretis rho, pontificum, ante mille annos certatum pro hoc primatu.

Ego aut hoc spectauit, quod rho, ecclesia nunquam fuit, nec est, nec erit vnquam super omnes totius orbis ecclesias, licet super plurimas sit. nec vnquam fuit, nec est, nec erit vnquam super Græciæ, Africæ, Asiæ ecclesias, nec eorum episcopos confirmauit, sicut modo nostros confirmat, ut satis probant historiae. Deinde sunt sine dubio christiani in oriente, cum Christi regnum sit orbis terrarum, iuxta ps. ij. & tamen Episcopi eorum non instituuntur, non confirmantur e Rhoma, nec est necessarium.

DEINDE, ab hoc tempore ceperunt multiplicari leges & iura. Nam Greg. ix, Bonifacius octauus, Clemens quintus, nisi cōsarcinas sent, & alias recisas, alias additas epistolas, scholis legendas ac docendas tradidissent, sine dubio, tot maria glossarum, & infœlicissimum iuris studium non essent. Delituisse aut tam decreta quã decretales magno ecclesiæ lucro, & euangelii cōmodo, intra arcas Rhomani pōtificis. Nuncaut quæ sit facies ecclesiæ vigore istarum legum, plus satis videmus. nec hoc satis, in dies augetur eiusmodi libri, & tamen nihil faciunt, nisi quod plures animabus laqueos ponunt, inde dispensationum, confessionum, indulgentiarum, exemptionum turpissimæ nundinæ. Inde Episcoporum patrum, sacerdotiorum, officiorum, palliorum, annatarum rapinæ, & venditiones impudentissimæ. inde censuræ, minæ, fulmina, vis, fraus, dolus, & infinita monstra, quorum nullum, aut saltem rarum esset, si epistolarum eiusmodi, sicut oportuit, intra annales & regestas mansissent sepositæ, & euangelio in publico locum reliquissent. Proinde traditiones Rho, nunquam ita sensit mundus, ut in annis istis quadringentis, ideo totum eorum pondus & omnem vim Grego. ix. tribuendum existimo, per quem velut natae sunt & ortæ. Ab hoc enim usus eorum robur accepit, & inualuit, ut legibus istis & traditionibus ita sint omnium officia, statuta ecclesiæ, ordines, in vnum cahos confusa, intra istos quadringentos annos, ut Babylone ipsa confusior sit hodie. na ecclesia. Nemo in suo ordine incedit, quilibet sibi ex vrbe legem emit, qua viuat. ille exemptus, iste priuilegiatus, iste familiaris, iste officialis, iste nescio quo titulo, omnes libertatem quilibet essendi, faciendi, audendi habent, per has Rho, leges. Nec Rhomæ aliud curatur, quã ut hac ecclesiæ summa calamitate roboretur potestas & dñatio sua in omni individuo suo sola. Et hunc ecclesiæ occasum, si quanto gemimus, si dolemus, si querulamur, hæretici sumus, irreuerentes in Rho, ecclesiam sumus, scandalosi, seditiosi, procaces sumus. Quia videlicet querulari non possumus, nisi Rho, pontificis, tum iurata, tum potestatem: immo tantas iniurias populi dei, simul. angamur. Nam hic fons est, aut seruandæ, aut perdendæ ecclesiæ. Cum aut hodie omnia sint in vrbe, inquinatissima & corruptissima, & agentibus impissimis adulatoribus, de ipsis nihil liceat vel mutire, nisi quod portenta ista laudet, iustificet, glorificet, Quid mirum, si sub venerabili Rho, ecclesiæ nomine, tot mala inudauerint in omnem ecclesiam pleno impetu, & præcipiti, cui nemo resistere possit, gurgite.

DENIQUE, eo deuenit legum Rhomanarum studium, & eua Statutum in concilio nouissimum, aiam esse

DECIMAETERTIAE CONCLVSIONIS.

finio, Animam hominis esse immortalem, Quid putas hoc decre-
tum indicat?

ITAQVE vnusquisq; in sensu suo abundet, mihi decretorum
autores sunt, Grego. ix. Bonifacius. viij. Clemens quintus, & Extra-
uagantiū pontifices. Quod his agentibus, in publicum sparsa, & præ-
cepta sunt, & omnia stabilita. Quæ si instar epistolarum Gregorii,
Augustini, Hieronymi, Bernhadi, & aliorum, vel in Bibliothecis,
vel arcis, pro cuiusq; arbitrio consulenda, citra vllum præceptum, re-
licta fuissent, foeliciores esset ecclesia. Nunc vero, quando summis arti-
culis fidei æquantur, ab adulatoribus autem & præferuntur, fructū
illarum habemus, ordinis ecclesiastici confusionem, Conscientiarum
horrendas carnificinas, euangelii ignorantiam, scelorum impunitissi-
mam licentiam, adulatorum Romanensium, odiosissimam tyranni-
dem, donec id meruerint, vt sub vasto coelo, non sit nomen odiosius,
& graueolentius, nomine Rho, Curia.

EX his credo intelligi, me non fuisse tam crassa ignorantia, vt
nescirem longe ante. cccc. annos decreta Rho, pontificis nata. Alio-
quin, quomodo certos, cccc. annos, & non plus aut minus potuissem
recitare, quomodo iudicare, quod essent frigidissima, quomodo histo-
rias allegare, quomodo textum scripturæ contrarium asserere, nisi di-
ligentissime omnia peruidissem & contulissem? Ex his iudiciis vo-
lui nasuto lectori satisfactum, vt me non sine causa, sic posuisse cog-
nosceret. nec ignorantia, sed de industria sic locutum fuisse. Simul, ut
insidiosæ & adulatoriæ propositioni Eccij, per omnia par referrem.

Qui cum astruxisset, ante tempora Syluestri Rho, ecclesiā su-
isse alius superiorem, & ego persuasissimum haberem, Eccium non es-
se tam impudentem, vt publice mentirerur: nec tam ignarum histo-
riarum, vt hæc vera crederet, insidias suspicatus sum, vt qui morem
sophistarum & lubricitates istorum Proteorum probe calleret. Qui
si volent, falsum facient verum, & verum mutant in falsum. cum in-
terim in aliis, eum loquendi rigorem exigant, vt nec verba dei tuta
coram eis sint. Proinde, volui animosiores, ac ante diem triumphæ
bundū reddere, sicut ipse me formidabundum nifus est facere.

CVM ergo mihi satis esse potuerit, quod scripturæ sanctæ au-
toritas mecum est, qua probatur primatus ecclesiasticus, iure diuino
nullus esse, tamen ne solus & solas scripturas iactare videar, iam &
aliorum sententias audiamus cum rationibus.

PRIMVS est d. Hierony, in epistola ad Enagrium, sic scribēs,
Legimus in Isa. Fatuus fatua loquitur. audio quendam in tantā eru-
pisse vecordiam, vt diacones presbyteris anteferat. Nam cum Apo-
stolus perspicue doceat, eosdām esse presbyteros quos Episcopos,
quid patiarur mensarum & viduarum minister, vt super eos tumi-
dus se efferat, ad quorum preces corpus & sanguis Christi confici-
tūtur? Quæris auctoritatem? Audi testimonium, Paulus & Timotheus
serui Ihesu Christi, omnibus sanctis, qui sunt Philippis cum Epi-
scopis & diaconibus,

Decre. ponti-
summis arti-
culis fidei æq;
ta vel plata,
ecclesiæ statu
perdunt,

Causa cur in
cōclu. cccc. an-
nos exp̄sserit

Eccius nō tā
impudēs, vt
publice men-
tiatur.

Sophistarū
gen⁷ Proteo-
refert,

Scripturæ au-
toritas est a
Martino.

D. Hierony.

Paulus &
Timotheus
serui Christi.

VIS & aliud exemplū in Actibus Apostolorū, ad vnius eccle-
siae sacerdotes, ita Paulus loquitur. Attendite vobis & vniuerso gre-
gi, in quo spū illancūs posuit episcopos, & regatis ecclesiam dei, quā
acquiuit sanguine suo. Ac ne quos contentiose in vna ecclesia plu-
res fuisse epōs contendat, audiat aliud testimoniū, in quo manifestis-
sime comprobatur, eundem esse episcopum atq; presbyterum,
PROPTER hoc reliquit te Cretae, vt quae deerant, corrigeres, & cō-
stitueres Epōs per ciuitates, sicut tibi mandauit, si quis est sine crimi-
ne, vnius vxoris vir, filios habens fideles, nō in accusatione luxuria,
aut nō subditos. oportet cū Epō sine crimine esse, sicut dei dispensa-
torem. Et ad Timo, Noli negligere gratiā, quae data est tibi per p-
phetiā, & per impositionē manuum presbyterii. Sed & Petrus in
epōla prima, presbyteros qui in vobis sunt, precor ego cōpresbyter
& testis passionū Christi, & futurae quae reuelanda est gloriae parti-
ceps, regite gregem Christi, & inspice nō ex necessitate, sed volun-
tarie iuxta deum. qd quidē grāe significantius dicitur, EPISKO-
POYNTEs, vnde & nomen Epō tractū est. Parua tibi vidētur tan-
torū testimoniā virorū: Clangat tuba euangelica filius tonitruī, quē
Iesus plurimū amaui, qui de pictore saluatoris, doctrinarū fluena
potauit, Presbyter electae dñae & filiis eius, quos ego diligo in veri-
tate. Et alia epōla, Presbyter Gaio charissimo quē ego in veritate dili-
go. QVOD autē postea vnus electus est, qui ceteris pponeretur,
in remediū schismatis factū est, ne vnusquisq; ad se trahens, ecclesiā
Christi rumpere. Nam & Alexandria a Marco euangelista, vsq;
ad Eldram & Dionysium Epōs, presbyteri semper ex se vnum eli-
gebant, & in excelsiore gradu collocabant, quem Epōm nominabant.
Quo modo si exercitus sibi imperatorem faciat. Diaconi autē eligant
de se, quem industriū nouerint, & archidiaconū nuncupent. Quid
em facit, excepta ordinatione Episcopus, quod presbyter non facit?
NEC altera Rhomanae vrbis ecclesia, aliter totius orbis aestimanda
est. Et Galliae & Britanniae, nam & Africa & Persis & oriens &
India, & omnes Barbarae nationes vnum Christum adorant, vnam
obseruant regulam veritatis. Si autem autoritas quaeritur, Orbis ma-
ior est vrbe, vbicunq; Epōs fuerit, siue Rhomae, siue Engubii, siue
Constantinopoli, siue Rhegii, siue Alexandriae, siue Thanis, eiusdem
meriti est, & eiusdem sacerdotii, potentia diuitiarum, & humilitas
paupertatis, vel sublimiorem, vel inferiorem facit. ceterum omnes
Apostolorum successores sunt. Haec d. Hieronymus.

NIHIL de mutatione tēporū loquor, nihil de iure positiuo. hoc
contendo, Si vnus Epōs iure diuino ceteris praefertur, manifeste hic
Hieronymus haeresim docet, non solum ipse (nam ei non crederem)
Sed Petrus, Paulus, Ioannes, Lucas, quos inducit irrefragabiles tu-
tores. Quis quāso his resisteret? Cur adulator negat Rho, pontifi-
cem ceteris esse coepiscopū, cum primus Petrus se cōpresbyterū ap-
pelleret? Si successores sunt Petri, quid erubescunt titulū sui pdecesso-
ris? Si nomen superbissimum, sanctissimi, summi, maximi pontificis

Aliud exm.

Idē epōs quē
presbyter.Oportet epōm
sine crimine
esse.Petr⁹ sym-
mistes, consa-
cerdos,Ioannes pre-
sbyter.Cur vnus
ceteris prae-
fectus.

Epōs elect⁹.

Non est alia
vrbs, alia or-
bis ecclesia.Potentia vel
humilitas sa-
cerdotē sublī-
miore vel in-
feriore facit.Nūquid adu-
lator vel cae-
cus, vera ne-
gabit, Quae
sunt tam san-
ctis verba p-
bata vrbis

DECIMAETER TIAE CONCLVSIONIS,

Luthe, hære-
ticū faciētes,
saltē b. Hiero-
nymo, & ali-
is sanctis vi-
ris: q̄s auto-
habet: par-
cant. qui oēs
sacerdotes iu-
re diuino æq̄-
les, opib⁹ ve-
ro, vel am-
plis, vel tenu-
ibus inæqua-
les asserunt.
Frigidissi-
mis decretis
primat⁹ asse-
ritur, feruētis-
simis dei ver-
bis negatur.

hæreditant ex recentibus: Cur nō nomen cōpresbyteri & coepiscopi a primo; Obscuro, an Petrus, Paulus, Ioannes, Lucas & oēs ap̄t̄i ignorauerūt, q̄d v̄m Christi sibi voluerit, Tu es Petrus, & tibi dabo claves, & pasce oues meas; q̄d nō exinde Petro primatū diuinitus datū obseruarunt. Si me oīno hæreticū clamant, qui oīa quæ volūt, tribuo Rho, pōtifici, solū, ne autoritate scripturæ, id est, mēdacier face re cogar, parcant sancto Hieronymo, tantis autoribus munito. p̄da mat ille lōge impudētius, Ep̄os, potētia diuinitarū, & humilitate pau- pertatis inuicē esse, vel sublimiores, vel inferiores. Ego cōsensu fide- liū, & decretis hoim id astruo. Cur non hunc irreuerentē, blasphemū, seditiosum, bissepties cōburunt hæreticæ prauitatis prauissimi in- quisitores; Sinant me cum Hieronymo interim sapere. Sināt cū Pau- lo, Petro, Ioāne, Luca sentire. Si hoc nō est satis, Age cōburant sua decreta primū. Nā hæcepistola recitat in decretis. dil. xciiij. c. legim⁹, legitur, auditur, docetur, approbatur hæc ab vniuersis in ecclesia rho- mana. Cur ego vnus, phibeor dicere & sentire, q̄d ipsimet oēs dicūt, sentiūt, iubētq; sentire; Hieronym⁹ nō mō Ep̄os æquat inter se, sed & presbyteros Ep̄is cōparat, alterū ætatis, alterū officii nomen esse p̄nuncians. Ego lōge reuerētius locutus, nihil peto, nisi, vt cōtra hęc veritatē, nō cogar scripturas & verbum dei illudere. Sit rho, ponti- fex, quicquid voluerint, Mō autoritate scripturæ, id nō astruant, sed & scripturas eorū sensui aptari patiar, Mō, ne hunc esse germanū & solū sensum cōtendant. Sat ergo est, q̄d frigidissimis decretis prima- tus asseritur, qui feruētissimis dei verbis negatur. Sed audiamus ite- rum eundem, in cōmentario super epistolam ad Titum.

D. Hierony, in commenta, episto, ad Titum.

Idem presby-
ter, q̄ & ep̄s.
Ruffine,
adhuc iudes
Hierony.:

Idem est ergo presbyter qui episcopus, & anteq̄ diaboli instinc- tu, studia in religione fierent, & diceretur in populis, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autē Cephe, cōmuni presbyterorū cōsilio ecclesie gu- bernabatur. postquā verovnusquisq; eos quos baptisarat, suos esse putabat, nō Christi, in toto orbe decretum est, vt vnus de presbyte- ris electus superponeretur, ad quē omnis ecclesie cura pertineret, & schismatū semina tollerentur. putat aliquis, nō scripturarū, sed nostrā esse sententiā, Ep̄m & presbyterū vnū esse, & aliud ætatis, & aliud esse nomen officii, relegat ap̄t̄i ad Philippenses verba, & cœtera quæ supra in epistola ad Enagriū induxit. Et in fine. Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesie consuetudine, ei qui sibi p̄positus fuerit, esse subie- ctos, ita Ep̄i nouerint se magis cōsuetudine, quā dispensationis diui- næ veritate, p̄sbyteris esse maiores, & in cōi debere ecclesiam regere.

Presbyter
ætatis, ep̄us
officii nome-
est.
Ep̄i magis
cōsuetudine,
q̄ dispensatōis
diuinæ verita-
te p̄sbyteris
sunt maiores
autore Hier.
q̄d lōge veris-
simum est.

VIDE ergo, an propositio mea male vel bene dixerit, esse con- tra scripturarū textū, rho, ecclesiam esse altis superiorē, cum etiā sit con- tra ipsa decreta. Nam & hæc b. Hiero. verba recitat dil. xcvi. c. olim, atq; si non tibi approbarentur, tñ quia solidis pugnant diuinæ scrip- turæ armis, etiā si totus mundus & angelus de cœlo cōtradixerint, ni- hil dixerint. Atq; ita satis puto & p̄batā nostrā p̄positionem, & di- soluta omnia argumenta, quæ vel fingi cōtraria possunt, STAT sen-

sentia non dispensationis diuinæ veritate, sed ecclesiæ consuetudine
episcopos esse maiores presbyteris.

ADDO tertium decretum eadē dis. xcv. c. Epus, Episcopus in quo
libet loco sedens, stare presbyterum non patiatur. Et iterum alio. c. epus.
Epus in ecclesia in consensu presbyterorum sublimior sedeat, intra domum
vero, collegam presbyterorum se esse cognoscat. Hæc ibidem esse de
creta concilii Carthaginensium quarti dicuntur. Quæ certe hæretica sunt,
scandalosa & seditiosa (vt vocant) si Episcopi iure diuino presbyteris sub
limiores sunt, quos esse collegas episcoporum statuunt: multo magis, si vnus
Episcopus cæteris sublimior est. Deleant ergo primum sua decreta, quæ nos
cogunt discere, vt quid damnant in nobis, quod ipsi nos docent & patet
itaque, re ipsa æquales Episcopos inter se & presbyteros, solo vsu, & eccle
siæ causa, alium alii præferendum. Ex quo ulterius sequitur. Si primatus
rho, pontificis vergere incipiat in ecclesiæ detrimentum, oino tollendus
est de ecclesia, quia humana iura & consuetudines, pro ecclesia seruire
debent, non contra ecclesiam militare. Quod, si non fiat, iam coram deo,
traditio hominum irrita facit mandata dei. Quare vide, quæ tenui pen
deat filio, Rhomanorum adulatorum tyrannis; quæ seipsam autoritate
diuina conata stabilire, seipsam penitus ea ratione subuertit.

Huc & Cyprianum voco, quæ & b. Augu. allegat li. ij. c. ij. de baptis
mo dicentem. Neque enim quisquam nostrum, Episcopum se esse episcoporum constituit,
aut tyrannico terrore ad obsequendum necessitatem collegas suos adig
git. Quod non habet omnis Episcopus pro licentia libertatis & potestatis suæ
arbitrium proprium, tanquam ab alio iudicari non possit, quod nec ipse potest
alterum iudicare, sed expectemus vniuersi iudicium domini nostri Iesu Christi.
Hic gloriosus martyr, palam confitetur tyrannidem esse, ab vno episcopo
alios cogi ad obedientiam. At hanc tyrannidem, velut iusticiam, pene
omnes decretum syllabæ, & statuunt & seruant tanquam diuinam autori
tatem. Deinde mirum est, quod b. Augu. non redarguit Cyprianum
a se allegatum, si sensit eum contra ius diuinum loqui, sed potius cum
eo sentit, omnes scilicet esse Episcopos æquales.

SED VIDEAMVS ET ALIA.

IDEM Cyprianus lib. epistolarum primo, epistola quarta, ad
Felicem presbyterum, probaturus diuinis testimoniis, quod in po
testate non Episcoporum, sed plebis maxime sit eligere aut recusare
Episcopos, dicit, Propter quod plebs obsequens dominicis præceptis, &
deum metuens a peccatore præposito sepe se debet, nec se ad sacri
legi sacerdotis sacrificia miscere. quoniam ipsa maxime habeat potestatem,
vel eligendi dignos sacerdotes, vel indignos recusandi. Quod & ip
sum videmus de diuina autoritate descendere, vt sacerdos plebe præ
sente, sub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus, publico iu
dicio ac testimonio comprobetur, sicut in numeris Mosi præcepit do
minus dicens, Prehende Aaron fratrem tuum & Eleazarum filium eius,
& impones eos in montem coram omni Synagoga, & exue Aaron
stolam eius, & indue Eleazarum filium eius, & Aaron appositus mo

Sententia.

Vide sanctis
suma decreta,

Episcopi & pre
sbyteri reue
ra sunt æqua
les, solo vsu
& ecclesiæ cau
sa, alii aliis su
periores.

Si primatus
rho, pontificis, contra
ecclesiam mili
tarit, oino tol
lendus est.

Ruffine, vt
de quibus non
conueniat etiã
cum Cypriano

Episcopi æquales

Plebs obse
quens domini
cis præceptis &
deum timens, a
preposito præposi
to sepe se debet,
quoniam ipsa
maxime habeat
potestatem, vel
eligendi dig
nos sacerdo
tes, vel indig
nos reiciendi.